

Certaminis Poetici Sarbieviani

STATVTA

1. Certamen instituitur in honorem Matthiae Casimiri Sarbievii, poetae Polono-Latini, qui vixit annis 1595-1640.
2. Certamen instituitur duabus in categoriis:
 - a) carminum conscribendorum Polonice (si carmina Polonica scribere cupis, inspicere statuta Polonice conscripta);
 - b) carminum conscribendorum Latine.
3. Certamen eo habetur, ut M. C. Sarbievii opera et memoria colantur simulque ut poetarum contemporaneorum animi ad poesin conscribendam excitentur.
4. Ut certamini intersis, scribas oportet TRIA varia CARMINA (quae nondum publicata neque praemiis honorata sunt) et mittas usque ad Idus Apriles A.D. MMXXIII in certamen.sarbievianum@gmail.com; materiem suscipias quamlibet qualibetque forma eam induas (non opus est carmina sint metrica).
5. A collegio trium iudicum optima carmina eligentur et optimo poetae praemium dabitur a.d. IV Idus Maias in oppido PŁOŃSK (sito prope vicum, ubi Sarbievius natus erat), ubi seminarium et festum in honorem M. C. Sarbievii habebitur. In antecessum (Calendis Maiis) certaminis victorem laureae certiore faciemus et invitabimus, ut veniat (iter suo sumptu faciat oportet, victus et pernoctatio gratis ei dabuntur).
6. Ut praemium accipias, venias oportet. (Praemium neque cursu publico neque in computum tuum argentarium mitti potest).
7. Optima carmina publicabuntur in pagella:
<https://certamensarbievianum.wordpress.com/blog/>
8. Plura de Sarbievii vita et scriptis invenies apud:
<https://certamensarbievianum.wordpress.com>.
9. Si plura scire cupis, scribe epistulam electronicam et mitte in certamen.sarbievianum@gmail.com.